



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Oratio Marci Fvrii Camilli ad Pop. Rom. de non tra[n]smigrando Vcios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ORATIO MARCI FVRII  
Camilli ad Pop. Rom. de non trās-  
migrando Veios.

*Hæc oratio vna est ex T. Liuij grauissimis  
concionibus. Inuentio argumentorum  
tota penè ab autoritate Religionis,  
& vrbis, Populi Romani gloria, & si-  
tus commodis. Dispositio à sacris transit  
ad humana. Elocutio grandis est, &  
paludata.*

*Ex Liuij l. 5. ab vrbe C.*  
Deo mihi acerba sunt (Quirites) contem-  
plationes cum Tribunis plebis, vt nec tri-  
stissimi exilij solatium aliud habuerim,  
quoad Ardea vixi, quam quod procul ab his  
certaminibus eram: & ab eadem hæc, nō nisi  
me Senatusconsulto, Plebisque iussa reuoca-  
retis, rediturus vniquam fuerim: nec nūc me,  
vt redirem, mea voluntas mutata, sed vestra  
fortuna perpulit. *Quippe, vt in sua sede mane-  
ret patris, id agebatur, non vt ego vsque in pa-  
triam essem.* Et nunc tacerem, & quiescerem li-  
benter, nisi hæc quoque pro patria dimicatio  
esset: cui deesse, quoad vita suppeditat, alijs  
turpe, Camillo etiam nefas est. Quid enim  
repetimus? quid obsessam ex hostium mani-  
bus eripimus, si recuperatam ipsi deserimus?  
Et cum victoribus Gallis, capta tota vrbe, Ca-  
pitoliū tamen, atque arcem, Dijque, &  
homines Romani tenuerint, habitauerint:  
victoribus Romanis, recuperata vrbe, arcem quo-  
que, & Capitolium deserent? *Et plus vastita-  
tis huic vrbi secunda nostra fortuna iacuit,  
quam aduersa fecerit?* Equidem si nobis cum  
vrbe simul posita, traditaque per manus si-  
mul religiones nullæ essent, tamen tam eui-  
dens numen hæc tempestate rebus adfuit Ro-  
manis, vt omnem negligentiam diuinæ cultus  
exemptam hominibus putem. Inuenimur eni-  
m horum deinceps annorum, vel secundas  
res, vel aduersas, inuenientis omnia prosperè e-  
uenisse: eque entib. Deo: aduersa, spernentibus,  
iam omnium primum Veiens bellum, per  
quos annos, quanto labore egestum? non ante  
cepit finem, quam monitu Deorum aqua ex  
lacu Albano eniis: est. Quid hæc tandem vi-  
bis nostræ clades noua? non autē exorta est,

*dis.*

quā sperata vox cælo emissa de aduentu Ga-  
lorum, quam gentium ius, à Legatis nostris  
violatum: quam à nobis, quum vindicari de-  
beret, eadem negligentia Deorum prætermis-  
sum? Igitur victi, captique, ac redempti, tan-  
tum poenarum Dijs, hominibusque dedimus,  
vt terrarum orbi documento essemus. Ad-  
uersæ deinde res admonuerunt religionum:  
confugimus in Capitolium ad Deos, ad sedem  
Iouis Optimi Maximi: sacra in ruina rerum  
nostrarum alia terræ celauimus, alia aucta  
in finitimas vrbes amouimus. ab hostium o-  
culis: Deorum cultum, deserti ab Dijs, ho-  
minibusque, tamen non intermissum. Red-  
didere igitur patriam, & victoriā, & antiquū  
belli decus amissus: & in hostes, qui cæci a-  
uaritia, in pondere auri, foedus, ac fidem fefel-  
lerunt, verterunt terrorem, fugamque, & cæ-  
dem. Hæc culti, neglectique numinis, tantā  
monumenta in rebus humanis cernentes, ec-  
quid sentitis (Quirites) quantum vix dum  
ex n. ufragijs prioris culpa, cladisque emerg-  
tes, paremus nefas? Vrhem auspicio, inaugu-  
ratoque habemus conditam: nullus locus in  
ea non religionum, Deorumque est plenus: sa-  
crificijs solemnibus, non dies magis statī, quā  
loca sunt, in quibus stant. Hos omnes Deos  
publicos, priuatosque, Quirites, deserturi es-  
tis: quam par vestrum factum est, quod in  
obsidione nuper in egregio adolecente Fa-  
bio, non minore hostium admiratione, quam  
vestra conspectum est, cum inter Gallia te-  
la sigressus ex arce, solenne Fabij gentis in  
colle Quirinali obiit: An gentilitia sacra, ne  
in bello quidem intermitteri, publica sacra, &  
Romanos Deos, etiam in pace deseri placet?  
& Pontifices, flaminesque negligentiores pu-  
blicarum religionum esse, quam priuatis in  
solemni gentis fuerit: Forsitan aliquis dicat,  
aut Veijs ea non facturos, aut huc inde mis-  
suros sacerdotēs nostros, qui faciant, quorum  
neutrū fieri salutis ceremonijs potest. Et ne  
omnia generatim sacra, omnesque perentem  
Deos, in Iouis epulo non alibi, quā  
in Capitolio, paluinar suscipi potest: Quid  
de æternis Vestæ ignibus, signoque, quod im-  
perij pignus custodia eius templi teneret lo-  
quetur: quid de ancilibus vestis? Mars Gradi-  
ue, tuque Quirine pater, hæc omnia in pro-  
fano deseri placet sacra, æqualia vrbī, quæ-  
dam origine vrbis verustiora: & videte, quid  
inter nos, & maiores nostros interit: Illi sa-  
cra quædam in monte Albano, Lanuuiūque  
nobis

*Roma Dei-  
rum plan.*

*Fabio*

vobis facienda tradiderunt. An ex hostium  
 vrbibus Romam ad nos transferri sacra reli-  
 giosum fuit: hinc sine piaculo in hostium  
 urbem Veios transferemus? Recordamini,  
 agite, dum quoties sacra instaurantur, quia  
 aliquid ex patrio ritu negligentia, casuue pre-  
 termisum est. Modo, quae res post prodigium  
 Albani lacus, nisi instauratio sacrorum, aus-  
 piciorumque renouatio, affectae Veienti bello  
 reipublicae remedio fuit? At etiam tan-  
 quam veterum religionum memores, & pe-  
 regrinos Deos transfulimus Roman, & insti-  
 tuimus novos. Iuno regina transfueta à Veijs  
 nuper in Auentino, quam insigni ob excel-  
 lens matronarum studium, celebrique de-  
 dicata est dic: Aio locuto templum propter  
 caelestem vocem exauditam in noua via ius-  
 sum fieri: Capitolinos ludos solemnibus ali-  
 is addidimus, collegiumque ad id nouum au-  
 thore senatu condidimus. Quid horum opus  
 fuit suscipi, si urbem Romanam vna cum  
 Gallis relicturi sumus? si non voluntate man-  
 simus in Capitolio per tot menses obsidionis?  
 si ab hostibus metu retenti sumus? De sacris  
 loquimur, & de templis, quid tandem de sa-  
 cerdotibus? nonne in mentem venit, quan-  
 tum piaculum committatur? Vestalibus  
 nempe vna illa sedes est, ex qua eas nihil vn-  
 quam, praeterquam vrbis capta, mouit. Flami-  
 ni Diali noctem vnam manere extra urbem  
 nefas est. Hoc Veientes pro Romanis facturi  
 estis sacerdotes? & vestales tuarum deserent  
 Vesta? & flamen peregrè habitando in singu-  
 las noctes tantum sibi, reiue publicae piacu-  
 li contrahet? Quid alia, quae auspiciato agi-  
 mus omnia fere intra pomerium, cui obli-  
 uioni, aut cui negligentiae damus? Comitua  
 curiata, quibus Consules, tribunosque milita-  
 res creatis: vbi auspiciato, nisi vbi assolent,  
 fieri possunt? Veiolne haec transferemus: an  
 comitorum causa populus tanto incommo-  
 do in desertam hanc ab Dijs, hominibusque  
 urbem conueniet? Sed res ipsa cogit vastam  
 incendijs, ruinis que relinquere urbem,  
 & ad integra omnia Veios migrare, nec hic  
 aedificando inopem plebem vexare: hanc  
 autem iactari magis causam, quam veram  
 esse, vt ego non dicam, apparere vobis (Quir-  
 tes) puto, qui meministis ante Gallorum ad-  
 uentum saluis tectis publicis, priuatisque  
 stante incolumi urbe, hanc eandem rem acta  
 esse, vt Veios transmigraremus. Et videte, qua-  
 nam inter meam sententiam, vestraque inter sit.

Tribuni vos, etiam si tunc faciendum non  
 fuerit, nunc vtique faciendum putatis: ego  
 contra (nec id mirati sitis, priusquam quale sit  
 audiueritis) etiam si tunc migrandum fuisset  
 incolumi tota urbe, nunc has ruinas relin-  
 quendas non censerem. Quippe tum causa  
 nobis in urbem captam migrandi victoria ef-  
 set gloriosa nobis, ac posteris nostris, nunc  
 haec migratio nobis misera, & turpis, Gallis  
 gloriosa est. Non enim reliquisse victores,  
 sed amisisse victi patriam videbimini. Hoc  
 ad Alliam fuga, hoc capta urbe, hoc circum-  
 sessum Capitolium necessitas imposuisse, vt  
 desereremus Penates nostros, exiliumque, ac  
 fugam nobis ex eo loco confisceremus, quem  
 tueri non possemus: Et Galli euertere potue-  
 runt Romam, quam Romani restituere non  
 videbuntur potuisse. Quid restat, nisi vt si iam  
 nouis copijs veniant, (constat enim vix cre-  
 dibilem multitudinem esse) & habitare in  
 capta abs se, deserta à nobis. Haec urbe velint,  
 sinatis: Quid si non Galli hoc, sed veteres ho-  
 stes nostri Aequi, Volsci que faciant, vt com-  
 migrent Romam? Velut sic illos Romanos,  
 vos Veientes esse? Non maluis hanc solitudi-  
 nem vestram, quam urbem hostium esse? Non  
 equidem video, quid magis nefas sit. Haec sce-  
 lera, quia piget aedificare, haec decora pa-  
 ti, parati estis? Si tota urbe non a n melius,  
 ampliusue tectum fieri possit quam casa il-  
 la conditoris est nostri, non in casis ritu pa-  
 storum, agrestiumque habitare est satius in-  
 ter sacra, penatesque vestros, quam exulatum  
 publice ire: Maiores nostri conuenae, pasto-  
 resque, quum in his locis nihil praeter syluas,  
 paludesque esset, nouam urbem, tam breui Religionis  
 aedificauerunt, nos Capitolio, arce incolu-  
 mi, stantibus templis Decorum, aedificare in-  
 cesam piget: Et quod singuli facturi sumus,  
 si aedes nostrae deflagassent, hoc in publico  
 incendio vniuersi recusamus facere: Quid  
 tandem si fraude; si casu Veijs incendium or-  
 tum sit, ventoque, vt fieri potest, diffusa fla-  
 ma, magnam partem vrbis absumat? Fidenae  
 inde, aut Gabios, aliamue quam urbem qua-  
 situri sumus, quo transmigremus? Adeo  
 nihil tenet solum patriae, nec haec terra, quam  
 matrem appellamus: sed in superficie, signis-  
 que caritas nobis patria pendet? Equidem fa-  
 reor vobis (& si minus iniuria vestrae, quam  
 meae calamitatis meminisse iuuat) quum ob-  
 essem, quotiescunque patria in mentem ve-  
 niat, haec omnia occurrebant: colles, cam-  
 pique

Albanus  
lacus.Iuno Re-  
gina.Flamen  
Dialis.Patria  
amor.

Religionis

Pique, & Tiberis, & afflueta oculis regio, & hoc cœlum, sub quo natus, educatusque essem. Quæ vos (Quirites) nunc moueant potius charitate sua, ut maneatis in sede vestra, quam postea, quum reliqueritis ea macerent desiderio. Non sine causa Dij, hominesque hunc vrbis condendæ locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen opportunum, quod ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quod maritimi commeatus accipiantur: mare

*Roma sicut*

vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium exercitarum, regionum Italiae medium. Ad incrementum vrbis natum vitæ locum, argumento est ipsa magnitudo tam nouæ vrbis.

Trecentesimus sexagesimus quintus annus vrbis, Quirites, agitur. Inter veterimos populos tamdiu bella geritis, cum interea (ne singulas loquar vrbes) non coniuncti cum AEquis Volsci, totam valida oppida, non vniuersa Etruria tantum terra, marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italia, bello vobis est par. Quod quum ita sit, quæ (malum) ratio est expertis alia experti? Quum iam ut virtus vestra transire aliud possit, fortuna certe loci huius transferri hinc non possit? Hic Capitolium est, vbi quondam capite humano inuento, responsum est, eo loco caput rerum, summamque imperij fore. Hic, cum auguratum liberaretur Capitolium, Inuentas, Terminusque maximo gaudio Patrum nostrorum moueri se non passi: hic Vestæ ignes, hic ancilia cœlo demissa, hic omnes propitij mantibus vobis Dij.

*Inuentas  
Terminus.*

#### OECONOMIA orationis.

- I. A persona aduersariorum exorditur, in odium adducit, suam vero in patriam charitatem commendans benevolentiam conciliat.
- II. Primum argum. a repugnantibus. Absurdum urbem tanto sudore, & sanguine seruatam relinquere, ut plus vastitatis secunda fortuna, quam aduersa fecisse v. deatur.
- III. A religione Deorum, quod est potentissimum argumentum. Nam, ut ait Aristoteles, septimo Politicorum, capite octavo, πρῶτον πρὸς θεῶν ἰτι-  
u dicitur, & N. cephorus Gregorius libro tertio, qui religionem cum vita civili apte coniungit, οὗτος δὲ ὁδὸν εἰς τὰ βέλτιστα, καὶ σωτηρία κρῆ-

τισ. Potentissimus est dux ad optima quaque, & populi salutem. Contra.

Dij multa neglecti dederunt Hesperie mala luctuosa.

IV. Colligit presentiam Deorum ab enumeratione effectorum, ostendens quomodo saepe rebus turbidis, et formidolosus adsuerint, & spretis, pœnas incusserint. Commemorat autem Albanum lacum, Aium, & Fabij legatos. Albani lacus insignis prodigium notat Plutarchus in Camillo, qui ætate sicca cum ceteri annes exarescerent, tam violentus intumuit, ut in summos colles restagnaret.

Vox aij loquutij fuit, qua pramonuit Romanos de aduentu Gallorum Linius libro quinto. Cicero primo de Diuinatione. Plutarchus in Camillo.

Quod ad legatos attinet, hoc Linius explicat libro quinto. Legati Fabij tres ad Gallos missi contra ius gentium, armis sumptis tumultum fecerunt.

V. Pramonuit terrore Deorum animis transire ad vrbis auspicia, & sacra, in qua nullus locus, qui non religionum, Deorumque sit plenus, sacrificiis etiam certis sedibus additis, quæ piaculum est (inquit) deserere. De iis legendum Plutarch. in Romulo, & Numa, & Dionysius Halicarnassensis libro primo, &c.

VI. Argumentatur ab exemplo C. Fabij, cuius C. Fabij adhuc recens memoria. De quo hæc habet Valerianus Maximus libro primo. C. Fabius Dorso Gabinio ritu cinctus manibus, humerisque sacra gerens per medias hostium stationes, in Quirinali collem peruenit: vbi omnibus solemniter peractis, in Capitolium post diuinam venerationem victoriarum armorum perinde, ac victor rediit.

VII. Occurrit obiectioni eorum, qui Romanos, aut sacra Vestæ facturos dicent, aut Romanos sacerdotes missuros, qui procurarent; quod & in eodem modo esse, & saluta ceremonis fieri non posse ostendit. Porro puluinararia sunt lecti in Deorum festis, & sacrificiis strati. Vnde Luuenat. Satyr. 6. Puluinar Imperatoris dixit pro lecto, propter sacram maiestatem.

Signum vero Iouis Capitolini, lapis Capitolinus dicitur à D. Augustino libro secundo de ciuitate Dei, capite vigesimo nono, unde Iouem lapidem iurare, ab lapidum simulacrum. Post hæc sacra commemorata Deos per apostrophen commode alloquitur, & populo ab exemplis ma-

ierum

iorum vehementes patrie superstitionis iniicit faces.

VIII. Non tantum patrie Dii curandi sunt, sed & peregrini, qui cum hospitio excepti fuerint, sine piaculo deseri non possunt. Hac superstitionis dehramenta. . . Cerre Romae diligentissima superstitione habebatur collectum quicquid vquam fuerat vanis erroribus institutum (inquit) Sanctus Leo, serm. 1. de SS. Apostolis. Luna autem, cuius hic meminit, fuit Regina nomine consecrata. Hac Regina caeli, delum quippe, perstringitur à Prophetis in sacris. Ut Ierem. 7. facere placentas Reginae caeli. Alii tamen per Regnam caeli putant illic intelligi stellam veneris, vel Luna, qua clarissima face conspicua, caeli militia instar Regina praesse videtur.

Vnde lapidem pellucidum, & eximium, instar Luciferi in fronte Moloch idoli sculptum, ab Ethnicis, commemorat Oecumenius in Actor. 7. de quo Amos capite quinto Sidus Dei vestri. Vbi Septuaginta sidus Dei vestri εὐφραν. quod nomen αὐτῶν in derivationem idoli, nonnulli Graeci interpretes verterunt.

IX. A Diis transit ad sacerdotes, quos nefas, ait, auehere ex isto sacrorum domicilio, quod semper incoluere, & cum flammis Diali noctem vnā manere extra urbem nefas sit, quid futurum est, si per singulas noctes peregre habitari?

X. A Comitibus urbis, qua auspiciato aliis in locis fieri non possunt.

XI. Occurrit obiectioni, & fontem huius consilii aperit, quod est prudentia eloquentia. Vbi enim ars rationum, quibus potissimum aduersari in nituitu obessa est, facilius iter parat ad reliqua. Occasio autem huius in gratioris, qua praetextatur, erat adificandi difficultas, & populi inopia, idcirco infractianimi imbecillitatem nunc sanare contendit.

XII. Idcirco à religione transit ad gloriam P. R. cui in hac migratione pessima de decoris nota inuritur. Ad Alliam autem flum. n. cuius hic meminit, à Gallis Romani concessi, unde Alliensis dies. Festus Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis, ab Allia fluuio, scilicet vbi Romanus fufus à Gallis exercitus.

XIII. Vt et à nomine Romano, & graute inertiā perstringit. Aristides praclare de hac Romani nominis gloria, & τὸ Ρωμαίων ἔναι ἐπὶ πλοῦσται οὐ πόλειας ἀλλὰ γέρας ὄνομα κοινῆ

τῶν Ὁρατ. 14. in Romam, quasi diceves idem est Romanum esse, ac orbis terrarum ciuem.

XIV. Pergit fognes animos inflammare, maxime à charitate patria, ex quo conjurgit grauis, morata, & ad persuadendum effica oratio, motibus etiam peropportunis incensa.

XV. Addit in argumentum utilitatis, qua Roma gloria annecti debebat, Roma situm, & commo- niudo. da, De hac re legendus Aristid. oratione in Romaniam. καλῦπτε ἴα ἀκροῦς πρώνας, καλῦπτε ἴ τὴν & μέσο γῆν καταβαίνει ἴ μέχρι καὶ θαλάσσης.

XVI. Ad summum sequitur peroratio, cui etiam grauior, sanctior, que apud P. R. historias de industria seruaui, vbi quod capite humano in Capitolii fundamentis reperio ait, nota Toli Vulcentani caput fuisse, quod Arnobius lib. 6. aduersus gentes istarum rerum indignator accuratissimus notat huius verbis.

Regnatoris in populi Capitolio, quis est hominum qui ignoret Toli esse sepulchrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus, capus hominis euolutum, non ante plurimum temporis, aut solum sine partibus ceteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humanationis officia fortitum? & cetera, qua fusc exequitur exagritans hanc vanitatem.

ORATIO MARIÏ AD Quirites de se, & de ea, quem parabat in Africam expeditione.

Ex Salustio

Mirifice composita est ad C. Marj ingenium hac oratio. Est enim laconica, grandis, stricta, neruosa, sublimis, sine arte artificiosissima.

SCIO ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis perere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, P P P P 3 sup

Regina caeli.

εὐφραν quid.

Alliensis dies.

Romani Cives mudi.